Spectabilis Perillustris ac Generose Domine

Domine mihi singulariter Colendissime!

Terrorismo perterriti quaerunt imperterritum et conferunt semet iterum ad Spectabilem Dominationem Vestram — coloni Alubokenses. Ego autem utor hace occasione et, ut promisi communico cum Vestra Spectabili Dominatione Philosophiam juris Hegelii. Absterrent quidem nonnullos ab eadem termini aliqui in ea occurrentes, verum illi lambunt tantum scientias. Revolutio novas formas sociales et status ordini rerum infert: sed heroes scientiarum quoque, qui languorem et marasmum ex scientia κατ' ἐξοχήν eradicare volunt illud jus a Genio humanitatis et temporum sibi concessum habent ut formas et pedantismi, obscurantismique loquelas sepeliant et vita easdem privare possint.

Et his — Favoribus atque cognitis Gratiis commendatus distincto cum Venerationis cultu emorior Hlubokae d. 12 Sept. 843

Spectabilis Dominationis Vestre

Servus humillimus
Josephus Hurban
minister.

ad Felsö Fels [illegible] [illegible] Tron [illegible]

Spectabili Perillustri ac Generoso Domino
Domino <u>Francisco Szmentich</u>
Jurato utriusque Fori Causarum Advocato
Inclyti Dominii Berents Compossessori
etc etc Domino mihi singulariter
Colendissimo

in

Csácsó

Spectabilis Perillustris ac Generose Domine

Domine mihi Gratiosissime Colendissime!

Unus Exmissorum nostrorum Joannes Holiczky redit hodie 6ta matutina Vienna; Csobda in negotio suo proprio mansit ibidem. Quare propero Epistolam Agentis Nostri Religionarii ad me exaratam cum Vestra Sp[ecta]bili Dominatione communicare: laetum ut opinor nuntium referendo. Dabit Deus, quod externa formalitate justificata injustitia et falsis praerogativis privilegiata vindictae cupido illorum, qui usurpationibus solummodo assuefacti, modoque oppressam Communitatem Nostram Ecclesiasticam laqueis suis captant – dabit inquam Deus per conamina Nobilissima, humanissima, liberalissima Vestrae Spectabilis Dominationis loquens et agens, quod astutissime cavillandi jura Coetus Ulabokeapt libido et impudentia vindictae cupidinis pudefiantur.

Ego autem multum mihi novitus gratulor, quod ulterior factus sim Viro, qui imperterritus libertatis verae principio addictus – illud idem salutis

humanae

vexillum impavide quoque sequitur, et factis objectivisat subjec-
tivitatem suam sulcerrimam: quod mihi datum
sit propiorem cum ~~cum~~ Vestra Spectabili Domina-
tione contrahere notitiam. Felicem me depraedicatu-
rus sum si me ultroquoque Vestra Spectabilis Domi-
natio suis Favoribus protegere et Nobili sua, quam
jam huc usque mihi experiri licuit propensione beare
non dedignabitur.

Cognitis proinde jam illis Favoribus ac Gratiis
Vestrae Spectab. Dnationis commendatus cum profundo
eoque sincerissimo Venerationis Cultu emorior
et persevero Hlboke die 16ta Septembris 1843.

Vestrae Spectabilis Dominationis

Humillimus servus
Josephus Hurban mp
V.D. Minister

MARTIN

29 G 10

Spectabilis Perillustris ac Generose Domine
Domine mihi Gratiosissime Colendissime!

Hesternus Cursor praesentes Spectabilis Domini Agentis nostri Viennensis Litteras mihi resignavit, quas ego instantanee cum Vestra Spect. Dominatione communicare propero. Quid boni visum fuerit dignetur decernere et pro re nata passus in merito nostro facere. Interim ego humillimis exoro precibus Sp. D. na V. stram quatenus dignaretur me, vel homines praesentes ad Szmrdák intuitu recipiendi Benig. Decreti Informatorii commeantes de eo, quid nobis modo agendum sit edocere, et si sieri poterit, dein illam, qua Informatio Inclyti Cottus Nyitriensis Altssmo Obtutui substernenda expedietur nobis revellare, ut si itemum ego Dnum Agentem nostrum, qui sua facturus est promptissime, de eo certum reddere possem.

Secundum, quod sine dubio acceptum est noster Dnus Senior erit recursus ejusdem ad Excelsam Cancellariam, quo supplex rogatur, vellet supremum hoc forum nostrum jura Protestantium in Hungaria per Articulum 26 anni 1791. confirmata, vindicata, sacrata defendendo — nititus in merito Hlubokensis Affaire, inprimis autem intuitu defendendorum jurium Senioris, ut fori nostri primae Instantiae, ad quod etiam lis Dyakovszkyana primum spectavit

congruos pessus facere, et usurpatoribus illis imponere, ut ab eiusmodi anomaliis desistant et cannam reipublicae protestantium in Hungaria a loco, quem sibi per saecula paravit natare sinant. Namque illud est nostri juris, ut non solum libere docere, Evangelium praedicare, sed nosmet etiam in societatem actualiter existendam constituere, dirigere, lites nostras componere, reditus Coetuum nostrorum et eorum qui iisdem praesunt organisare, ordinare, et generatim rempublicam hancce regere valeamus. Fora nostra in litibus evangelicis sunt fora primae instantiae. Seniores et Seniorales Conventus, Superattendentes et Conventus Districtuales, Conventus Generalis, Excelsum Consilium Regium Lt. et Excelsa Cancellaria Regia Hungarico Aulica – sunt fora nostra evangelica. Et nos non possumus satis mirari tam Sp. D. Joannem Bettyko, qui haec omnia instillavit, quam illos, qui in perducenda ad finem hacce anomalia oleum et operam perdunt, quam etiam trasonem illum – vagabundum Szanovsky, quem non pudet nomen suum tantae prostitutioni tradere; non possumus inquam eosdem satis mirari, quod omnes evangelici tam sordidos committere potesant hircos agendo et decernendo talia, quae ediametro opposita sunt constitutioni nostrae juri naturali conformi, saeculi sacratae, divo toleratae.

Describebam itaque illis ore nostro Dno Seniori, quae hucusque evenerunt et delineabo ipsi statum nostrum praesentem, punctum illud lucidum, quo consistit canna nostra digito Spectabilis Dominationis Vestrae peritissimo directa, ut Idem, si nefors id,

29 G 10

quod memorari et quod Ipsis dignissimum esset accipere in=
tenderet aliis quoque passus congruos facere posset. Officium
Senioratus adjudicavi Dyanovszkyo 20. f valutares, si
proinde contentaretur eo — finis esset, si non contenta=
tabitur, contendat cum Senioratu.

Dignetur ignoscere, quod tam fugitivo scribam
calamo, obruor enim laboribus adeo, ut huic quoque
Epistolae solummodo breve dicare potuissem temporis
spatium. Mea obsequia humillima nuntio Ill. Domi=
nationi Spectabili, Domino Fratri Vestrae Dnationis
Spectabilis.

Ultimatim rogo humillime Vestras Dominationes
Spectabiles dignamini sinu pectoris sui eandem erga
afflictam Communitatem Hlubokensem et respective
Coetum Nostrum evangelicum reservare propensionem,
qua nos hucusque beare dignabantur.

Ego autem me ulterioribus quoque Gratiis ac
exoptatissimis Favoribus Vestrarum Spectabilium Domi=
nationum commendo — et persevero Hluboke die
11 Septembris 1843.

Vestrae Spectabilis Dominationis

Humillimus Servus
Josephus Hurban
VDMinister Hlubokens.

P.S. Heri volui dimittere tum haſe litteras, tum etiam exmiſsor ad Illuſtrem Dnum Kamankázy, ſed ob cauſas, quas non praevidi, ſolum modo hodie i.e. die 22da Sept. 845 idem facio.

Idem.

29 G 10